

puram et levem commiscuit et humefecit medulla et post hoc in ignem ipsum imponit, post id in aquam tingit, rursus in ignem, rursus in aquam, transferens vero ita multoties in utrumque [343] ab utrisque effecit. Haec ossis ab opifice Deo, tamquam ab artifice ferrario
 5 fabrefactio carnis vero haec alia:⁴⁵ Haec meditatus noster effector^{xiii}, aqua quidem ac igne et terra commiscens et cooptans ex acido et salso, componens fermentationem et submiscens illis carnem humidam et mollem confecit. Quod vero Aristoteles addit (vel aliorum aliquid talium), non aliud opinor intelligit quam generationem partium
 10 similarium Platonem non attigisse.

At post carnem nervi quoque formationem descripsit:⁴⁶ Nervorum vero naturam ex osse et carne azima temperatura unam^{xiv} ex ambobus mediam potentia contemperavit flavum colorem adhibens. Unde intentionem et tenaciorem carnibus, molliorem vero ossibus et
 15 humidiolem fabrefecit potentiam nervos.

Similia de venis, medullis aliisque similaribus partibus pertractavit, non minus etiam de dissimilaribus, capite, cerebro, ore, naso, pectore, corde, pulmone, hepate, liene, alvo, ventre, digitis, unguibus, capillis est prosecutus. Neque solum de partibus, sed
 20 de humoribus quoque, unde similes primo generantur sanguine, bile, phlegmate, melancholia, ichore disseruit.

Cum autem id sit verissimum, quae fuit Aristotelis audacia affirmare Platonem, quo modo carnes vel ossa vel aliorum quid talium nihil?

⁴⁵ ταῦτα ἡμῶν διανοηθεῖς ὁ κηροπλάστης, ὕδατι μὲν καὶ πυρὶ καὶ γῆ συμμείξας καὶ συναρμόσας, ἐξ ὀξέος [ὀξέως] καὶ ἀλμυροῦ ξυνθεῖς ζύμωμα [corr. ex ζήμωμα] ὑπομίξας αὐτοῖς, σάρκα ἔγχυμον καὶ μαλακὴν συνέστησε. [PLATO, Ti. 74.c.5 – d.2]

⁴⁶ τὴν δὲ τῶν νεύρων [corr. ex νευρῶν] φύσιν ἐξ ὀστοῦ καὶ σαρκὸς ἀζύμου κράσεως μίαν ἐξ ἀμφοῖν μέσῃν δυνάμει συνεκεράσατο, ξανθῶ χρώματι προσχρώμενος. ὅθεν συντονωτέραν μὲν καὶ γλισχροτέραν σαρκῶν, μαλακωτέραν δ' ὀστῶν ὑγροτέραν τε ἐκτήσατο δύναμιν νεῦρα. [PLATO, Ti. 74.d.2 – 6]

^{xiii} Corr. ex effictor

^{xiv} Corr. ex unum